



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Carnem Christi non prius conceptam quam assumptam. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Matth. 4. a.
Ion. 19. f.*

stra, non tamen ita facta est in utero sicut nostra. Est enim sanctificata in utero, & nata sine peccato, & nec ipse in illa unquam peccauit. In poena ergo similis est nostræ, non in qualitate peccati: quia pollutionem quæ ex concupiscentiæ motu concepta est, omnino non habuit, nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo ad corpus immaculatum, quod præter libidinis concupiscentiam fuit conceptum: nec illud in se habuit vitium, & in aliis est causa peccati, nec in eo peccauit. Ideo quæ vere dicitur *verbi caro non fuisse in Christo obligata peccato. Quidam videntur aduersari illi sententiæ, qua dictum est, carnem Christi non prius conceptam quam assumptam.*

*In 10. 9. ex
tract. 10. ad
finem.
Iean. 1. d*

Illi autem sententiæ qua supra diximus, carnem verbi non ante fuisse conceptam quam assumptam, videtur obuiare quod Augustinus ait super Ioannem ubi legitur, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis edificatum est hoc templum, & tu tribus diebus excitabis illud? Hic, inquit, numerus perfectioni dominici corporis conuenit: quia ut dicunt phisici, tot diebus forma humani corporis perficitur. Horum occasione verborum quidam dicere præsumperunt, dominici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam, & membrorum lineamentis distinctam, & mox verbum dicitur sibi vuisse carnem & animam, & hoc modo dicunt illum numerum perfectioni corporis conuenire. Sed alia ratio illius dicti exitus, ex qua sana oritur intelligentia verbi. Non enim ideo illud dixit Augustinus: quia mox ut caro illa opere spiritus sancti sanctificata & à reliqua separata fuit, verbo Dei cum anima uniretur, ut perfectus & verus Deus esset, perfectus & verus homo: sed quia membrorum illius dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis & unionis Dei & hominis a deo tenuis erat & par-*

rat & p
b^o a. i
tabilis
Dama
cessit:
cunfor
tur: &
sa car
omnib
sanctæ
nation
QVA
buati

Cum
bus
lii & sp
videtur
pus se
prus &
tio inca
quod e
quia sp
& filii
ctum e
uit for
tio sp. S
sed pot
fit sepè
mouen
determ
turam
solam p
(neq; en

rat & parua, vt humanovisui vix posset subiici: die
 b^o a. illis quos Aug. memorat perfecta est, & no-
 tabilis facta. Incarnatū est ergo verbū vt ait Ioan. *Ioan. Dam.*
 Damascen. & à propria incorporalitate non ex- *li. de ortho.*
 celsit: & totum incarnatum est, & totum est in cir- *fide 3. cap. 7.*
 cumscriptione. Minoratur corporaliter & cōtrahi- *in fine.*
 tur: & diuinè est incircumscriptione: non coexten-
 sa carne eius cum incircumscriptione diuinitate. In
 omnib. igitur qui super omnia erat, & in vtero
 sanctę genetricis existerat, sed in ipso actu incar-
 nationis.

QVARE IN SCRIPTURA SÆPIVS TRI-
 buatur incarnatio quę est opus Trinitatis. spiritui san-
 cto, & de ipso etiam conceptus & natus di-
 catur.

DISTINCT. IV.

A

CVM vero incarnatio verbi sicut in superiori-
 bus tractatum est, operatio verè sit patris & fi-
 lii & spiritus sancti, inuestigatione dignum nobis
 videtur, quare in scriptura spiritui sancto hoc o-
 pus sæpius tribuatur, & de ipso Christus conce-
 ptus & natus memoretur. Non enim ideo opera-
 tio incarnationis spiritui sancto sæpius tribuitur,
 quod eam ipse solus sine patre ac filio fecerit: sed
 quia spiritus sanctus est charitas & donum patris
 & filii: & ineffabili Dei charitate verbum caro fa-
 ctum est, & ineffabili Dei dono filius Dei sibi vni-
 uit formam serui. Non ergo frequens denomina- *1. cor. 1. b.*
 tio sp. S. ab illo opere patrem vel filium secludit: *ad Phil. 2. 6.*
 sed potius vno nominato tres intelliguntur, sicut
 fit sæpè in aliis operibus. Vnde Augustin. super hoc *Solutio.*
 mouens quæstionem, in hunc modum eandem *In ench. ca.*
 determinat in Ench. ita inquit. Cum illā crea- *18. ad mediet.*
 turam quam virgo cōcepit & peperit, quamuis ad *In rom. 3.*
 solam personam filii pertinentē, tota Trin. fecerit
 (neq; enim separabilia sunt opera Trinitatis) cur